CONCIO
AD
CLERUM

1 Oxoniæ jamdudum habita,
2 Dein posthabita & repudiata,
3 Nunc demum in lucem edita.

Authore ROBERTO HARRIS
olim
Hanuellensi.

JEREM. 23. 15.

A Prophetis Jerusalem prodiit contaminatio in universam terram.

Ambitio &, Superbia valde suaviter dormit in sinu Sacerdotum. CYP. de jejun. & tentat.

2 TIM. 4. 5. cum 17.

At tu vigila in omnibus, perfer injurias, opus perage Evangelistæ, ministerii tui plenam fidem facito: vel (*ut alii*) *ministerium tuum ad plenum probatum reddito.*

LONDINI,

Excusum pro *Johanne Bartlet*, ad Insigne poculi Aurati in Cœmeterio D. Pauli. M. DC. LIII.

CONCIO

AD

CLERUM

1 Oxoniæ iamdudum habita,
2 Dein posthabita & repudiata,
3 Nunc demum in lucem edita.

Autore ROBERTO HARRIS

olim

Hunnellæ.

Jerem. 23. 15.

A Propheta Jerusalem prodiit contaminatio in universam terram.

Habbak. 2. Superbia vanâ fiducia dormit in finu Sacerdotum. Cyr. de Jejun. & recta.

2 Tim. 4. cum 1.

Ut in vigilia in omnibus, perfer in istis, opus præge Evangelistæ, ministerium tuum plenum fidem facito: vel (ut alii) ministerium tuum ad plenum probatum redito.

LONDINI.

Excudebat pro Johanne Bartlet, ad insigne puteali Arcuali in Cœmeterio D. Paul. M. DC. LIII.

ORNATISSIMO

VIRO

DOCTORI

WILKINSONIO

AULÆ MAGDALENENSIS PRINCIPALI DIGNISSIMO,

Hanc qualem qualem lucubrationunculam observantiæ ergo

ROBERTUS HARRIS

EJUSDEM AULÆ OLIM ALUMNUS

DAT, DICAT, CONSECRATQUE.



CONCIO AD CLERUM.

Johannis vicesimo primo, ad finem versus decimi-septimi, & deinceps, ita scriptum legitur.

Vers. 17. *Pasce oves meas.*

Vers. 18. *Amen, Amen dico tibi, quum esses junior cingebas te & ibas quo volebas: quum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget & transferet quo nolas.*

Pasce oves meas.

Hæc cùm Christus verba (*Petre, Petre dilexisti*) proferret, Petri respondentis explorata fide, & Christum Deum, & Ecclesiæ caput agnoscentis, ad Petrum conversus, ait: *Pasce oves meas.* Quibus verbis non solùm Petrum, sed & alios omnes Ecclesiæ Pastores designavit. Quod autem superiora verba Petrum & alios Pastores Ecclesiæ, non Christi, tantùm respiciant, ex eo liquet, quòd Christus, ut Pastor ille bonus, & Princeps Pastorum, ovibus suis semper adhæret, & sine quo nihil possunt, Pastoribus Ecclesiæ Christus absens, & cœlo receptus, non minùs quàm præsens, & in terris versatus, adest, & præsidet. Quamobrem ad Petrum, & alios Pastores Ecclesiæ, non Christi, hæc verba pertinent, quibus illi Ecclesiæ gubernandæ præficiuntur. Quemadmodum enim & singulas in summis habent Christus dignitates: Ergo Petro inquit, si Christi, si Ecclesiæ ratio fuerit, summam indubiè Pascendi omnes & regendi.

Nec Pascendi modò, sed & Tuendi. Pascendi enim munus illis sanè quam-libet absumptum, id quod Christus summa impietate voluit subvertere, vanum fu-

1.
2.
3.

fundi opere, ad *Fatendi* omne, sine ullis laudibus, revocat. Fuit, ubi *Petrus* &
Christo ludens, ejusque unius virtutis præmia spectat, & sequitur

CONCIO

Per quam spectatissima.

Et sequitur quidem licèt passibus minùs æquis firmúsque, sequitur tamen; & (ut crevit animus) sanguinem fundere pro eo in ejus unius gratiam profundere non dubitat. Sed id alias. Nunc quod latius. Quæ omnia dicta sunt, eò redeunt, ut *Petrus quisque & Pastor Christum sequens, Pastorem refert*, & ad ejus similem contendat vitam, qui pro ovibus *Pastor*, qui *Pastoris* passus est. Quæ enim duo Pastoris munera pariter sustinuit proximè, illic loci præcipit *Salvator*, & prædicit; ut ei quidem duobus nominibus vocalis; *Pasce: Pascere*? Illud quid à nomine *Petri*; Illud quid à *Petro* Christus exigere, loquitur.

Atque Præceptor primùm [illegible] illud prius effigitavero, unius hunc [illegible] me transmisit, [illegible] angustias passum, studio vultúque vitro [illegible]

Atque in primo Tria sunt, de quibus omnibus illum nobis intendone Pontificii. [illegible]

[*Pasce.*]

Bellarminus rem omnem Tribus (ut rem non persequar lusitatam) complexus est propositionibus. Primâ, Soli *Petro* Christus dixisse fertur, *Pasce oves meas*. Secundâ, Summa Potestas hisce verbis *Petro* tribuitur. Tertiâ, Per *Oves* intelligitur *Ecclesia* universa. Verbo perstringam omnia, ne longiùs ad illas inepties abeam.

1. *Soli Petro* ita dixit Christus. Quid eum postea? Ergò *Petri* insanis larvæ [illegible] Sed [illegible] Quotiès [illegible] Ergò [illegible] Exemplo (ut alia omittamus Argumenta) [illegible] verbis, quæ dixit [illegible] Obtrudam [illegible] primum [illegible] Non [illegible] quæ [illegible] Sed [illegible] : ergò capita dimittentur (non [illegible] Sed dicunt [illegible] Christum [illegible] ei soli [illegible] Petro, & de *Petro* sola verba habuisse, nihil est quod ibi (quam dicunt) interpretationi vel tantillum incommodet, cum *dicta* sive locuti sive essent, *dicta in facta* (*Matt.* 16. *Joh.* 13. & 20.) *aliis* eosdem Apostolos [illegible] pite

pite in *Petrum* congessit Christus ornamenta, ex æquo omnibus distribuit, versâ paginâ, Capite superiore [*Sicut me misit Pater &c.*] non erit novi (nescio cujus) honoris accessio, sed veteris potius restitutio & confirmatio. Distribuit sacer ille in membris potestatem suam Ecclesiasticam; ille. 4. supra 3. Sed vincit Antecedens; Quid capiet Argumentator ille ad sequelam? Ergo Papa summum pontificem Christianum non habet? Ergo *Petrus* Apostolus qui *Petro* superstes fuit, non habuerit

§ 5.

Suspicor Terræ. Orbis dicamus universi, an determinantur pro more Ecclesiastico. Apostoli pervenere omnes. Semper consuevit q à potestate & Scripsere Universi. Minori Aspectu. Omnes Evangelistæ, Sanctus Christus Spiritus, ita noluit. Adeo luscinia, cuculus æquè ut nihil

Ad eum scribens Sanctissimus Pontificia, qui nihil sequunt præter mundi splendorem. Orbis enim nomine illo, (quid quæritis) veteres & Orbis & omnes gentes Infideles, Reges, Imperatores omnes, & Angeli & Lupi & Diaboli ipsi quidem sanctæ Ecclesiæ subditos erudit, quæ hoc palmarium Diplomatis & quicquid. Ea præterea (quod) præcepit, quid in illos omnes potestatis aut Sibi asseverat Petro Xaverius, aut si alius scribit non parum multi ad rem Romanam facit. Verbum enim unum, habuerit Petrus in Orbe nonnihil Authoritatis, in Infideles (Apostolos dico, quibus Apostolos) non habuit. Habuerit Ordinis Primatum, certè non Jurisdictionis, nec Censendi, nec Excommunicandi, nec Excommunicandi, nec aliud hujusmodi quippiam, cuius non sensit Paulo; Nolle in re inferior fuit summis Apostolis; cuius Infirmum. Examen habuit, ergo vel ut Apostolus, vel ut Apostolo major. Nostro, loquit Infirmum quidem (cum dumma fuit omnia in Apostolo.) ergo (loquens ego) Minor.

Mitra hæc cum Allegoriis & Mysteria Dalmaticarum: Petrus considerans, Vel per, vel per dictus: Vel ut Apostolus, vel ut Petrus: Vel ut Orbis universi, vel ut cum dicentur: vel ut Cephas, vel ut Petrus. Scilicet vero in ministeri si velit petere, quodcunque (non summum nihil) ipsum sequum quidem & incolitus, homo omnis sumorum studiosissimus. Sed nullo pluris præferim ubi omnia possibus Pontificia curarum. Verum enim ne illi nihilum multa videbuntur, & nihil tanto silentio indigna.

Quid vos Imperiis docti, volebit Petrus Successoribus, accepistis. Orbis Pastores, ait, Hæreticos ichiare; Imperatores in ordinem cogere; Reges Satis, fidelique Avisis exercere; Omnia denique misceri & pro libitu agere.

E quibus omnibus, cum tanquam è scrupulosis Coribus ens vigilis oratio, sequar jam (vobis favens) morem meum; ibique propero q ò me vestra tacita expectatio jamdiu vocat.

§ 6

Pastor Oves &c.] Verba quidem ad Petrum sunt facta: at cum quid commune habeant, q quæ propriam, magna sane quidem partem vim sunt agri q ni Ipsius Petri. Omnium enim ad unum ac Petri, ea mihi quæ Communis Salutis unitatem interfici, Spartæ quæ quam unius decus, adornare. Habet enim unusquisque sua peculiaria sua partes, sua curas, quibus per ali ut invigilet: Nec mihi de universis quidem, Petro dicit Christus. [Amicis ait? Pastor vest unus; illud agite, fratres, quod ex officio vobis incumbit curate.

Si quæ enim, quæsumus, in vita fuerunt, tanquam Petri in Lide, ait in Hebræ Nos, ne in corpore mortali; Petrus, ut Dominus, Petrus Infidelis; Certus nempe habemus loco, Christianissimo Catholico, Defensore animarum & ejus ad eos omnia spectant ad quæ cum sui & quæ sedis sublime sunt comparatum.

Pastor Christus Petro, [Pastor fuit.] Pastor et in illud quoque Pastoris quæ quæ Ecclesiæ Petro. Pastor Romanus Pontifex Capi 21. vers. 6, 7. Corpus unum, Membra multa, unus officio. Propositum habemus? in proponendo? Ministerium? in ministrando? Doctrinam? in docendo? in proponendo? Ille est Judicus Petrus, Di quisque accepit donum, sic alter alteri subditi ministrate. Ille est Judicus Petrus, Di quisque accepit donum, sic alter

in alium subministrate: Si *quis loquitur, loquatur*; & quæ sequuntur. 1 Pet. 4. 10. Hinc *Paulus* se in Exemplum dat, tum Thessalonicenses [*Non cessamus*] cessimus, tanquam milites inexercitati: tum Corinthios [*Non gloriamur extra mensuram & Canonem nostrum.* Cer è *suos* (quos attendebant) habuerunt Apostoli terminos: *suis* (prout visum fuit Spiritui Sancto,) Canonas. *Paulus* inter *Gentes* imprimis versabatur, ut inter *Judæos* Petrus: (ad quæ (ut hoc obiter dicam) aut magis Petro fuit *Paulus* Romanus, aut etiam *Paulo* fuit *Petrus* Canonicus.) Hinc & *Paulus* & reliqui (quibus in vitio fuit & *nihil*, & *aliud agere*) in Verbi prædicatione potius quàm in vel mensarum (Act. 6.) vel Baptismi administratione, suis studebantur horis. Hinc demum lege cavit *Petrus* ne quis fit *Ἀλλοτριεπίσκοπος*. & Præcepto Minas, Minis Pœnas cumulavit JEHOVA, ut in *Uzzah & Uzziah* est videre. Tanti scilicet apud *Deum* est assiduitas, ut nemo vel Socordiam, vel ad malas res Alienas aggressionem (ut *πολυπραγμοσύνην* reddit *Gellius*) inultam ferat.

apud istorum Præcipua erant partes in Verbi prædicatione. 1 Cor. 1. 17.

Lib. 3. c. 16.

§. 7.

Nec immerito. Quæ enim supplicialis satis digna dixeris, qui nullo, vel *Dei*, vel *Rei*, sive *Publicæ*, sive *suæ*, studio ducuntur? quæ tamen omnia Ignavis, aliarumque rerum Curiosis usu veniunt. Illis enim, juxta ac istis, in nullam rationem venit Christi (ut inde exordiar) gloria, Christi voluntas, qui isto examine suos spectandos censuit; si *ea* meditentur quæ ab *officii sui* ratione quàm proxime absunt. Quid? Quod vitæ sociensem (ut loquitur *ille*) deserunt qui nihil studii & facultatum in eam conferunt; Accedit quod nec sibi commodum prospiciunt; *Vir enim qui errat à loco suo, est ut avicula quæ errat à nido suo*; Pro. 27. omnibus scilicet (quâ corporis, quâ animæ) miseriis opportunus. Vice autem versâ, qui nec sui *negligens*, nec aliorum *segnes*, sua omnia ad *officii* normam exigit, non solùm *sui* in Christum Jesum amoris certa dabit & luculenta indicia, & Rem *Christianam* augebit; verùm & *suis* vel maximè interviet commodis. Etenim ad alias plurimas utilitates adjungitur, quod istâ ratione via tum ad *corporis* sanitatem, tum ad *animi* salutem munietur. Loci enim (qui nosti) est conservare. Ad istam qui convolârit aram, in tutissimum se recipit portum, ubi tutus delitescat, tanquam in *nido avis*; cui procrudenti, publicóque laboranti *Lege cavebatur*. Deinde corpus *vegetum*, aut nullo, aut non admodum dubio tentatur morbo.

1.

2. *Cicero.*

4.

Deut. 22. 6, 7. Cassius.

Labor autem id est quod corpus firmat; Ignavia habetat: Illa (quod dixit *ille*) maturam Senectutem, ista longam Adolescentiam reddit. Denique (ut alia vel Periculis *præsidia*, vel Honoribus *adjumenta* non memorem) cum necesse habeat qui sui *nihili*, aut nihil *Sanæ* agit, ut malè agat; *omnia* (non *Petro sui*) erit integrum vel in suis ociosantes, vel in alienis petulanter messa versari.

§. 8.

Quibus ita constitutis, Vos Primùm appello, *Juvenes* [date enim illud Pudori meo ut Veneres istas taceam, quibus una Cura est Gulæ & Abdominis; una vita aliunde se immiscere.) *Christum amatis vos!* Munera Vestra, ad quæ Officio aut Privato, aut certè Communi, tenemini, *fideli* obite. Mutuum enim est Relatorum inter (quod de Scholæ Rivulis deliniavit) mutuum Officium. Qui Pulchrum *Ducatu*, in Idem *Discendi* Partes Vobis Imposuit. Habetis Vos, quos apellatis *Literatissimos*, quos consulatis Viros Imperiales nobiles, atque (ut reliquos taceam) Bibliothecas Instructissimas; Immò Vivas habetis & Ambulatorias (ut de *Augelo* olim *Europius*) in quorum Conservatorium vosmet Immergatis. Nolite istis tam divinis Bonis ad Licentiam & Impietatem abuti. Nolite

committere ut humaniores istæ Literæ contemptæ jaceant. *Nihil Pudet, si quid discere velis.* Vah quàm putidum, quàm non dignum Liberali Ingenio! Excultis potius vobis esto nemo Socordium: Ponite ante oculos *Pythagoras*, *Democritus* illos, qui Ultimas lustrarunt Terras, eóque ubi quicquid esset quod disci posset, veniendum judicârunt: Ponite *Platones*, qui vel vitæ dispendio, *Homeri* alicujus familiaritatem redimerent: Ponite *Salvatoris* Vestri immensam Benignitatem, qui non de *Privatis* tantùm Pastoribus Vobis prospexit, verùm & *Publicis*. Ad Hunc saltem (quotiès *Comma.* et Sacrum peragitur) *frequentes* adeste *Lectu*; adeste *Animo*. Indignum enim est, ut *Theatrales* quisque *magno* stipatus Comitatu incedat, & unus Christi *Legatus* Publico nomine loquatur, aut *nullo*, aut non ita multos habiturus Auditores. Longè verò indignissimum est, quòd tam nullo in Pleustem flagret Juventus studio, ut *mera* hîc plerumque sit *Solitudo*, ad illam *numerosam Frequentiam*, quæ in omnium ore, per Fora & Scenas, volitat. Ita igitur adeste, ita audite, ita Vosmet in Pastorum Disciplinam tradite, ut illi *Vobis* Ovibus saluti, *Vos illis* Pastoribus honori aliquandò esse possitis.

Testq. l. 4.

Audent Audiendum illum & illum, sed illum minus (qui omnia publice in omnibus Christum.

§ 9.

Ad Vos deinde (Fratres) sessimus Oratio, Quibus Parentes *Filios* suos (Chara certè Pignora) efformandos tradiderunt. *Christum educate! Fidelis Over Vestræ*; Vestros (quando eorum suscepistis Curam & Tutelam) Pupillos, Pueróque. *Aristotelem* recognoscite Vestrum; *Communes* (inquit ille) *Liberos Respublica existimet*. Communes quidem vel *Bonum* vel *Malum*; prout aut ad *Disciplinam*, sive ad *Licentiam* à Vobis Instituuntur. In *Rivis* enim etiamnum sunt, cum *Hercule* illo, vitæque Institutricis ratio penes *Vos* est. Vin' Porcos? Porcos. Sedulos? Sedulos. Frugi? Frugi, modò tuo non deforis Officio, dicto audientes habeat.

Psalm. 18 v. 1.

Et dubitant homines ferens atque impendere curam!

Ad Severitatem à Natura Vos facti estis: non ad Lodum, non ad Jocum. Ingenijs excolendis vacatis; eò omnes conferte facultates & cogitationes, in quos petulantes accepistis, *quidquid* cum *Xenocrate* remittatis. Cumque illicò sit Pubescentis Ætatis ingenium (ficus post *Salomonem*, *Aristoteles* Vester) ut *Voluptatibus Venereis nimis indulgeat*, *Societatem* colat, *maximèque partem in excessu* ponat: Vestrum erit illis Juventutis malis primo quoque Tempore obviare: Amicitiarum, Otiorum delectum habere: Ganeones, Pœnas (addit & *Aristoteles* cum *Augustino*) Spectacula ab his removere, adeóque animum pijs imbuere Præceptis, ut Libidinum non modò *ramos* amputetis, sed *fibras* etiam radicitùs evellatis. Parmagna sunt, quæ Vestræ fidei commissa sunt. Vestram implorat fidem *Patria*, *Parentes*, *Academia*, *Ecclesia*: Fidem (per Christum Jesum) liberate, & ne patiamini, ut illud vobis in os per summum dedecus, dicatur [*Ex quibus liberos commisit!*]

Ad Theophil. l. 2. c. 12.

§ 10.

Vestrum ad vos venio (ad quos ista, non *Communi modo*, sed *eund. ratione* spectant) Theologiæ Candidatos: quos omnes in Duplici genere constantes esse facilligo. Sunt enim qui Sacros *nondum attigerunt Ordines*: In illum tamen collimant metum, & propendent, eóque omnem Intendunt industriam. Rectè illis ità mercatam quid sit negotii Causas fidei Publicum fungunare, *Omnibus* Skeptrates suscipere, *omnique* Periculo capiti objacere: Atque ita eorum animis perditus insideat Illud *Pauli*, [*Si quis Episcopatum appetat, Præclarum Opus desiderat.*] Opus (ut habet *Chrysostomus*) ipsis Angelis formidandum: Opus, cui nemo homo serendo

1 Tim 3. 1.

rendo par est: Ad quod quisque quantò sanctior, tantò tardior (ut de Patribus legimus) accedit. Illud igitur & sibi & Ecclesiæ (ne in præla & sanguine, omni in posterum tempore versentur) consultissimum ducant si aut nulli, aut instructissimi huc appulerint.

§ 11.

Sunt & alii, qui cum Petro in suam fidem & tutelam Oves Christi recepe-runt: Apud hos gravissima debet esse Christi Voluntas & non uno loco Authoritas Deut. 33. Sacerdotum Munus duabus absolvitur Partibus; Prædicatione & Precatione. Ita enim Moses [Docent Legem tuam Israelem; Apponunt suffitum ad faciem tuam.

Mosen excipiunt Prophetæ, Prophetas Apostoli; dumque hi in istos, isti verò in illum commentantur, illud unum, quod uni Petro illic loci Christus, uno ore clamant [Pascite, Pascite.] Ita enim Esaias, ita Ezechiel, & quis non Prophetarum! Ita Petrus, Ita Paulus passim in suis ad Clerum Concionibus.

§ 12.

Quo magis stupenda est Petri Personati importunitas, qui nec Pascit, nec Patitur: nec aliquid habet Petri simile: In rem tamen suam omnia torquet [Episcopi (inquit Bellarminus, dum Prælatur ad Librum de Clericis) veniunt in partem Sollicitudinis, non in plenitudinem Potestatis:] Contrà (credo) Pontifici vulgò venit. In plenitudinem Potestatis venit ille, in partem Sollicitudinis non venit. Hujus tamen sive Ignorantiæ, sivee Oscitantiæ, pro sua singulari modestia, lenocinatur Cardinalis [Pascit (inquit ille) Papa (mitto enim quam otiandi copiam (Episcopo tacito) aliàs facit Presbyteris) likè: Prædicando non pascat: neque enim una est Pascendi ratio.] Atque illud quidem utrumque faciles damus: Et Pontificum vix Centesimum quemque dari qui Populo verbum faciat: Et Dari varios Pascendi modos. Pascitur (inquiunt Scholæ) Vitâ Exemplari, Subsidio Corporali, Doctrinâ Salutari, Disciplinâ Regulari. Pascitur (quod videt Bernardus) Cibo, Exemplo, Verbo. Pascitur Mente, Opere, Ore. Sed quid inde? Nondum elapsus est Crimine Sanctus Pater, qui nec Mente, nec Opere, nec Ore, nec Doctrinâ, nec Disciplinâ, nec ullâ utili Operâ Pascit.

Vid. Colleg. Rayn. cap. 7. divis. 6. lib. de Cler. c. 13.

Ita Occum.

Aut Quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his (dixit Orator) Operæ nostræ Vicaria Fides Amicorum supponitur: Alium in suum substituit locum Nutricem, ut Meretricem (juxta illud Damasi) facilè sciat Purpuratam. Per Alium Pascit (inquit Bellarminus.) Quin igitur Christum per Alium Amet. Qui enim Ama dixit, & Pasce dixit, eodem quidem Spiritu & Sententiâ. Accedit quòd Pastoris nomen (si Antiquitatem non mentiantur Jesuitæ) Actionem Personalem significat, sicut nomen Medici: itáque sicut nemo potest per Alium curare: ita nemo potest suas Oves per Alium Pascere. Cætera mitto apud Maldonatum: nec non illud de Debitis (quæ vocantur) personalibus.

Pro Rosc. Amer.

Aug. Hier. apud Mald. in summula q. 10. art. 3, 6.

§ 13.

Rem penitiùs cernentibus duplex occurrit Residentia: Loci & Officii: utrámque mihi quàm nullo Papæ, quàm omni Patres prosequebantur studio.

Atque ut à Prima exordiar, Quàm affixi & pertinaciter adhærebant Illi Patriarchæ ad Gubernacula sua, loquuntur Tria. Primum, Consilia Veterum, quibus Sanctiebatur, Nequis uno (ad summum) Mense amplius à sua Ecclesia peregrè foret. Secundum, Epistolæ, quibus suæ ad tempus Absentiæ

infamiam deprecabantur. Tertium, *Sententiæ* eorum, vel in *Pestis*, & *Persecutionis* negotio, ubi vix & ne vix quidem, nisi gregi aliunde prospectum fuit (Ram tractat *Augustinus*) absentiæ parum indulserunt. Fuerint isti (ut nostrates taceam) duriores: In cautiorem certè Partem peccabant. At (Quæ sunt hujus ævi delitiæ) sunt non ita pauci è Papæ Satellitio æquo longè remissiores. Non jam queror inauditas illàs ab ultima Mundi origine Nundinationes in Foro Romano, tum *Animarum* (ut loquitur *Johannes*) tum *Beneficiorum*, ut queruntur Germani, flos sylvam istam in unum Cardinalem congestam Beneficiorum; non insignem illam supra omnem fidem Conductitiorum inscitiam; quibus omnibus Nobilitatur gens ista Romana, præ omnibus aliis. Ea sola queror, quæ *humano more* ab illis peccantur. Ut ut enim intercidant nonnunquam *peregrinandi causæ*, & ea latè gravissimæ: Absit tamen, ut quisquam hominum sibi in suo abblandiatur otio, dum *animi tantùm causâ* (ne quid dicam durè) liberè *vagetur*, & vix *triduum* in loco suo consistit. Ovibus enim, cum *Publicè curent*, opus est in *quotidiana* vita Pastore, cujus non omne Munus Publicis Ecclesiæ *Ædibus* continetur. Habet ille (ad *Summi Pastoris* instar) *quos visat Ægrotos, quos erigat Fractos, Præfractos quos increpet, quósque Restitantes portet*: atque ita *universo* incumbendum est gregi ut de singulis etiam consulatur. Quod non aliud suadent & Apostolorum Præcepta [*Exemplar esto* &c.] & Veterum *Exempla*; et Pastorum, Ducum, Medicorum, Speculatorum, Parentum, Nutricum *nomina*. Sed *Loci* Residentiam satis esto vel verbo attigisse; atque Papicolas ad suos remisisse, *Innocentium Damasumque*, magnos Residentiæ Vindices. *Cajetanum* in *Thom.* 22. *q.* 185. *Art.* 5. *Carranzam* in suo de necessaria Residentia personali Tractatu; & Concilium ipsum Tridentinum.

Centumpatum.

Ezek. 34.

§ 14.

Sequitur *Officii* Residentia. Est autem ea Duplex. *Publica*, & *Privata*; Utráque perneccssaria, *Præcepti & Medii* ratione; sive *Pastoris*, sive *Ovium* salus attendatur. Quod *Præceptum*, ubi non occurrit loci? Mirus necesse sit in Sacra Pagina hospes, quem lateat istud per omnium ora pervagatum, *Pasce*. Videatur *Moses* de Officio maximè *Aaronici* verba faciens. Videantur *Ezechiel*, dum & gregis *satagentes* incitat, & *negligentes* increpat. [*Non observastis* (inquit JEHOVAH, Cap. 44. 8.) *observationem meam, sed substituistis Observatores vobis.*

Nec præcipit modò, sed sub *dirissimis supplicii* leges in Sacerdotes tulit: ut semper pro *suorum* salute excubarent [*Fili hominis, te constitui Speculatorem*] (& *quæ sequuntur* apud Prophetas gravissimè.) Quasi scilicet se in ruinam præcipites darent, gregémque perditum irent, & intereuntes, & *interimentes* (ut loquitur *Bernardus*) qui posthabitâ Ovium ratione, ita agerent, ut nullum quæstum sibi turpem esse arbitrarentur. Neque id injuriâ; si enim tota de salute periclitetur *Navis*, vix in vado fuerit qui ad *Clavum* sederit. Quod si detur, Pastorem ipsum extra omnem aleam positum esse, Pastorne ille dicendus erit, quem nulla tangit *Ovilis cura*? Pastorne ille, qui ingruente Tempestate, grassante Lupo, palante Ove, se in fugam otiúmque dederit? Pastorne ille, qui nec Loci longinquitate, nec Gregis desiderio commovetur? Pastorne ille qui pro nihilo res Sanctas omnes præ *præda* ducit? Eugè Papa Patet! *Posteris non est Oves deglubere*. [*Pastorem, Tityre, Pingues Pascere oportet Oves*] si vel ipsarum saluti, vel Christi voluntati consultum voluerit.

Quorsum enim istud toties repetitum [*Pasce*] si Oves nihil (ferente pastore) detrimenti caperent, nihil diferimonis subirent? Quorsum istud tam importunum (*Amas me*) si perinde Christi amicitiam æstimant qui pasti

paſti ſunt Ovibus (ut loquitur *quidam*) atque qui *Oves paſcunt*? Certè Chriſti *non amantem Anathemate ferit Apoſtolus.* Non amat autem (*Gregorio* dicam? immò Chriſto Judice) qui non paſcit, modò Paſtoris nomen induerit. Hinc *Paulus* [*Væ mihi ſi non Evangelizavero.*] Hinc *Ezechielis* [*Væ Paſtoribus qui paſcunt, ſed non gregem.*] Hinc *Bernardus* [*Quid ego infelix? quò me vertam, ſi tantum theſaurum, ſi pretioſum depoſitum iſtud, quod ſibi Chriſtus ſanguine proprio pretioſum judicavit, contigerit negligentiùs cuſtodire!*] Et Sexcenta alia ad quæ *minima* trepidarent Romaniſtæ, ſi cordibus callum non obduxiſſent. Hinc inſomnes illæ noctes, improbiſſimi Patrum labores. Hinc ingentes illi ſermones *ſingulis Dominicis* ad Populum facti. Hinc Canones iſti [*Presbyter qui negligentiùs circa Populum egit, neſciens Pietate eos erudit, à communione ſegregator. Si in Socordia ea perſeveraverit, Deponitor.*] Hinc demum mortis arctæ, ut ſanctorum Patrum *Homiliæ* à *Diaconis* recitentur, cum *Presbyter*, quod valetudine minùs fœlici uteretur, per ſeipſum (ut loquitur Conſilium) non *poterit prædicare.* Hinc denique (cum longum ſit ad omnia iter) *Pontificii* ipſi Circeis Meretricis poculis *non prorſus* dementati, nullo non clamore & minis ſuorum in omni vita negligentias inſequebantur. Sed eat *Filius iſte Perditionis*, *Rex Abaddon* cum ferali ſua *locuſtarum* turba: populos catervatim ſecum ducat ad Gehennam; multis plagis aliquàndo vapulaturus; licèt *impræſentiarum* à nemine judicandus, uti habet Diſtinctio iſta Gratiana.

1 Cor. 16. 22.

Bern. in Serm. de adventu Dom. 3. Vide Roſſen. art. 33.

Can. apoſt. 58. Vaſenſ. Con. Vid. D. Aſoto de Juſt. & Jur. l. 10. q. 3. art. 1, 2. Coraun. ubi ſupra. Ferum in Mat. 16. alioſque.

Diſtin. 40.

§ 15.

Ad vos *Academici*, venio, atque in vobis terminabitur Oratio. Quandoquidem quæ dicta ſunt, adeò aperta ſunt, *Soliſque* (ut *Tertullianus*) *radiis exarata*, ut ad tantam lucem nemo excutire poſſit: non dabitis (ſpero) temeritati, ſi duo verba, non amplius, addidero, de cætero quieturus. Atque duo ſunt, quæ exorandi vos eſtis (Graviſſimi Patres) per veſtrum in Jeſum Chriſtum amorem, in Eccleſiam Lumen, per Nivem iſtam capitis & Canitiem venerandam.

Primum, ut vos, qui omnium optimè noſtis, quid ſit oneris, Eccleſiæ tantæ & tam variæ res voce, ſermone, conſilio, ingenio ſuſtinere, illis qui *ſolo pretio* apud Patronos idonei ſunt, *aditum* ad Sacerdotium, quantum in vobis eſt, intercludatis. Splendor veſter facit, ut peccare ſine ſummo Eccleſiæ periculo non poſſitis. Illud igitur, quod ad *famam veſtram*, *ſalutémque communem* pertinet, proſpicite; *Alienis peccatis nolite communicare*: Exuite potius ad tempus humanitatem veſtram: Veſtram in literis *Commendatitiis fidem* potiorem habete, quàm hominum voluntatem. *Dureſcite* (quod dixit iſte *Faber*) *Dureſcite.* Utinam omnes hîc Dureſcant, quum Ovis Lupo, miſellove animalculo eſt committenda. *Unique Honorio* illud vertatur vitio, *Quod literis vel non antè Leilii* (ut accepimus) *ſubſcriberet.*

apud Olaum Jutilum.

Alterum, ut vos, qui non modò *Cuſtodiis*, ſed laterum oppoſitus Chriſto Polliciti eſtis. *Opus* ejus pro virili veſtra urgeatis; & quanto Authoritate, tantò & aſſiduitate alios omnes ſuperetis. Nolite à me commoneri (Patres) Quàm vobis non dignum fuerit, extremum vitæ actum negligere: Quàm veſtrâ nitatur Eccleſia & fide, & præſidio; Divinitùs docti, omni ſtudio, fide, authoritate pugnate: Et Veritatis *Propugnatores*, & Erroris *Expugnatores*, *Laborantem* Eccleſiam recreate: Tetrum *ſpirantes* halitum, aliſque virus *propinantes* elimi nate. Proximè jam abeſt, cum ab omni miſeria liberandi fidis & Rude Donandi. Quem incepiſtis curſum, ſi fieri poteſt, expedite: Iter accelerate: Coronam (quæ vos propediem manet) avidi arripite: *Inſtate*, *increpate*, *vigilate*, (quódque in votis habuit *Ille Summus*) inter Concionandum *animam exhalate.* O vitè *ſapientem illum* qui *animas lucratus fuerit!* Pro. 11. *Ter Beatos vos quos ita facientes Dominus offenderit.*

§ 16.

§ 16.

Superſunt (Fratres mei) qui *Animarum Curam* ſuſceperunt. Liceat vos (Chariſſimi Symmiſtæ) vel *Domini* affari *verbis* [*Chriſtum amatis vos? Paſcite Oves*; Veſtras dicam? Immò & Chriſti, & Veſtras. A Veſtro pendent ore; A Vobis optima quæque ſibi pollicentur: Veſtræ Oves ſunt, Agni Veſtri, Veſtri Filioli. Vos quod bono & *Paſtore & Parente* dignum eſt facite; Hoc eſt, omni modo *Paſcite*. Veniat vobis in mentem *Paulinum* illud ad *Timotheum* [*Prædica Sermonem*; *Inſta tempeſtivè, intempeſtivè*; *argue, obſecra, exhortare cum omni lenitate & doctrina*. Quàm ponderoſa ſunt omnia? [*Prædica*] neque è Scriptis modò *Recita*. Frigidum enim eſt iſtorum Commentum, quibus (ut ita omnem ſibi fucum in ſuo turpiſſimo otio indulgeant) Verbum legere perinde eſt atque *prædicare*. Quod ſi; Quid Vociferandi Prophetis unquam cauſæ fuerit, aut in *Mutos* Canes invehendi? Ecquis enim, vel in Eccleſiæ rebus afflictiſſimis, fuit Sacerdos qui ad *Loquendum* mutus? Ad *Legendum* nullus fuit. Annon *Paſſim Synagogarum Moſen Lectitabant*? *Lectitabant* dubio procul: Sed non *Explicabant*. Hinc Mud audiunt Canes, Scipites, Fungi. Et quid aliud (iſtorum Conſcientia Convenio) vult iſtud *Pauli* ὁμοσπουδεὶ? Quid iſta ibi loci *Fulmina*? Quid illa inter Verbi *Lectionem* & *Prædicationem* apud *Paulum* Diſtinctio? Quid denique cauſæ ſuberat, cur Patres vel ſuam ita cauſarentur *ignorantiam*, vel *publicam* adeo reformidarent *judicium*, vel tantos exantlarent labores, ſi inter *Hoc* & *Illud* non ita multum interfuiſſet? Sed in re minùs obſcura quid pluribus? Eſt quidem Lectio *quoddam* Prædicandi *Genus*; Sed non *omne*, ſed non *ſummum*, quod Paſtori incumbit. Hinc *Pauli* [*Prædica*] Et [*Sermonem*] quidem prædica: τὸν λόγον: Divinum illum Sermonem, Animæ Pabulum, Dei Potentiam, ſanum illum & ſalutarem Sermonem *quovis gladio ancipiti penetrabiliorem*: *Illum, Illum Sermonem* Prædicate: ad *Illius* Normam omnia exigite. Ludicra autem iſta quæ in fumos abeunt, Arvúmque Domini tanquam *Salis ſementis* emaciant, mittite, ne *claudicet Auditorum cognitio*, ut *Auguſtinus*; Illúdque vobis vertatur vitio, quod olim Arrianis [*Reliquerunt Apoſtolum; Sequantur Ariſtotelem*] Hinc *Pauli* [*Prædica Sermonem Dei*] & Dei quidem tanquam Dei (ut loquitur *Petrus*) cum omni Studio, Zelo, Pietate, Puritate: Non ut Populi gratiam aucupemur, ſed ut plurimos Pietatis Cultores contrahamus: Ovium *Paſtum* potius quàm Hominum *Faſtum* (ut ſcitè *Bernardus*) attendentes. Hinc *Paulus* [*Inſta* tempeſtivè, intempeſtivè. Volentibus Tempeſtivè, Nolentibus Intempeſtivè, dic importunus (inquit *Auguſtinus*) *Tu vis errare, Tu vis perire, Ego nolo*. Neque enim par eſt ut in iſtis *frigidè* verſamur, Semélve quotannis cum ſummo Pontifice in Sanctuarium ingrediamur, ne *non ſine ſanguine* ingrediamur. In Specula ſemper (*quoad ejus fieri poteſt*) commorandum eſt, ne hoſtis ad quamlibet opportunitatem paratus, gregem ex inſidiis adoriatur.

Quod ſi cum *iſtis* res nobis fuerit, quibus *nihil Mediocre* objici poterit; iſtorum *ſcelera* gloriæ noſtræ *ſegetem* reputemus: quóque eſt eorum iniquitas *atrocior*, & teſtatior, eò *alacriore animo*, zelóque ardentiori vim ejus omnem impetúmque retardemus. Et ut nihil fructûs inde impræſentiarum cepimus, ſed quod pios *ſaluti*, illud lis *irritationi* venerit, maneamus tamen nos in inſtituto: *Arguamus, exhortemur* (ut ſuadet *Paulus*) *Chryſoſtomi* haud immemores, *Si Decimus quiſque, ſi Unus perſuaſus fuerit, ad conſolationem abundè ſufficit*; immò etiamſi *nullus* fuerit; manent tamen ſemper aquarum venæ, ſcaturiant fontes, fluant nihil ſecius amnes. Quod *noſtrum* eſt agamus gnaviter: Et *Æthiopem qui* lavat, *Operam* quidem perdit, *Mercedem autem non perdit*. Veniet aliquando Tempus, illuceſcet ille Dies, ubi fructum *apud Dominum repoſitum* Laboris noſtri uberrimum feremus. Iſtius diei nobis in memoriam veniat,

atque

1 Tim. 4. 2. etc.

Act. 1. 5.

Vid. Amb. in Pſal. 118.

De Paſtor. C. 7.

Chryſoſt. in Hom. de Lex. 1.

atque ita in omnem paràri ſimus fortunam, ut non modò *doloris ſtimulos*, ſed & *Fortunæ fulmina* (ut habet ille) perferamus.

§ 17.

Cúmque *Innocentia legas ſibi judicat qui ab altero vitæ rationem repoſcit*; melliúſque ſit (ſi Antiquitati fides adhibeatur) tacere, quàm non Docere *Vitâ & Operibus*: & *Verbo & Vitâ* paſcamus omnes. *Exempla* [noſtra maximè] non ibi *conſiſtunt* (ut prudenter ille) ubi non *caperunt*. *Occidunt malè vivendo Peſtes mali* (inquit *Auguſtinus*) quorum omnia vita ita, *in ſeipſa* conſiſtit, ut ubi ſemel à recto erratum eſt, in præceps ruatur. Ita igitur *omnes* vitam noſtræ *rationis* inſtituamus, ut nihil non ab omni accuſatione remotum nihil non ex gravißimi viri Diſciplina unquam mollamur. Summa ſit illud *Pauli* (ne ſim verboſior in iſtis) [*Eſto* (inquit ille) *Exemplar Fidelibus in Sermone, & in Converſatione, & in Charitate, & in Fide, & in Puritate.* Sedulus eſto in *Lectione*, & in *Oratione*, & in *Doctrina*: hoc eſt, *Et Verbo & Exemplo* Paſce.] Ita ſuos *Timotheus Paulus*, ita *Petro Chriſtus*, ita Ego Vobis. Magna res agitur à Dei *Homine* Eccleſiæ *Salus*; *Æterna* Vitæ vel *Acerßio*, vel *Jactura*. Quid poſſetis in *Salute* Gregis potius quàm in *Exitio*, oſtendite. Contemplamini *animo*, quod non poteſtis *oculis*, Ultrices illas Flammas, Horrendo illa Judicia, ad quæ detrudatur Cœli, & contremiſcit Terra, quæ omnia iſtos manent qui nihil de *ſua*, vel de *Communi* ſalute cogitant. Cogitate quò tandem miſeriæ perventurus ſit ille, qui multâ vi ſanguinis *ſedatus*, ſe in Dei conſpectum ſit aliquando daturus. Miſerum illum! Ubi enitetur! Quò confugiet! Quid de illo futurum erit! Quod non ille malum *leve* (quando ſerò erit,) pœna Judicis iræ habebit! quem *vanum*, exanimatum, & vix virum relicturæ ſit Chriſti Vox tremenda [*Redde rationem Villicationis tuæ.*] Supplicii *magnitudo* à tanto Vos ſcelere ſummoveat: moveat Veſtra in *Deum* pietas, in *Greges* Charitas: moveat *ipſius rei* æquitas & neceſſitas. Subeat Vobis ſubinde in mentem Singularis Chriſti Amor, qui omnia *Veſtri cauſâ* voluit. Nihil habuit ille *veſtrâ veſtrúmque* ſalute antiquius, nihil prius: Nihil ille laboris, ſudoris, ſupplicii recuſavit, quo veſtram veſtrúmque ſalutem promoveret. Eundem quæſo induite animum: iiſdem inſiſtite veſtigiis: eóſque omni colite curâ, quos ſuo dignatus eſt ille *ſanguine*. Dominum veſtrum non poteſtis (Fratres) vel ſtudio *vincere*, vel amore *avertere*. Gregem Amatis? Amavit ille. Sudatis? Sudavit ille. Animam ponitis? Poſuit ille. Nullam habuit ille *ſui* rationem præ *Veſtri* ſtudio. Illum ſi *amare* pigebat, ſaltem *redamare* non pigeat.

Nimis *durus animus, qui dilectionem ſi nolebat impendere, nolit & rependere. Venit* ille (quod idem alibi habet *Auguſtinus*) *Pati*; Venit ille *Mori*; Venit ille *ſputis liniri*; Venit ille *ſpinis Coronari*; Venit opprobria *audire*; Venit ligno *configi*. Omnia ille pro vobis: vos nihil pro illo? ſed pro vobis? Cogitate *qui* ſitis: *quo loco*; *quid* reſponſuri aliquando ſitis *Gregibus Veſtris*, ſi nihil illis præter ultimam Calamitatem relinquatis. Quid *Judici veſtro* qui *fidei vos duxit*, & in *Miniſterio conſtituit*: quid *animabus veſtris* quas tantæ negligentiæ conſcientia olim fodicabit. Et per *veſtram* ipſorum ſalutem; per omnes & in *Chriſtum* & in *Oves*, *Religiones* & Amicitias; ſiquid *vobis* Salus curæ ſit, ſi Pax, ſi Fides, ſi Gloria; *Gregi* laboranti conſulite. *Duces* eſtis; Chriſto contra Satanam, ejúſque Primo genitum Antichriſtum militate. *Nutrices* eſtis; lac potum date, quæque ſunt ad quotidianum demenſum promite; *Angelorum* denique induſtis vobis nomen, induite & naturam. Ne ſis (quod dixit non ne[illegible] *Crimen* [illegible]

Audite Oves veſtras [Etiam *Phocæ præbent mammas*; Etiam Oſori debetur cibus; Etiam *Oſoris jumento miſericordia*? Et nos ſolæ Oves *Rationales* quæ Domino tanto ſitimus ſanguine, dignæ ſumus habitæ quæ *fame* pereamus?

Audite

Nazian.

Vid. Aug. de Catechiſ. rud. cap. 1. in Pſ. 8

Ez. 33. 4, 7.

Venerem, hebet Nympham Polumniam Plutarchus.

Audite *Matrem* vestram, Christi Sponsam, ad vestra genua pervolatam, omnique splendore exutam, tanquam filiam *Coridam* (sive *Venerem*, sive *Polumniam*) [En inter Bellum quendam beneficiorum reciprocatio ; Et ego una illa *Mater*, quæ nihil apud meos vel *Precis*, vel *Precæ*, vel *Authoritatis* possim. Eósne ego Primogenitos meos *Concepi*, *conceptos* foví, *fotos* peperi, *partos* enutrivi, *enutritos* instruxi, & *instructos* Fructibus præfeci, ut mutuis Officiis aliquando occumberem ?

1 Reg 17. Psal. 4. 6.

Audite *Patrem* vestrum [Ego vobis, vestrique filiis de victu & vestitu prospexi, Corvisque prius *pascendi* parcus mandavi, quàm quæ ad victum unquam defuderarentur : Et vos filios meos (summus mihi curæ cordique) non pascetis ?

Audite *Dominum* vestrum [En ego vobis (aliquando Lupis) sanguinem non potui non impendere meum : Vos verò Ovibus meis vestrisque defuisse curam denegabitis ?

Quid præstolamur (Fratres ?) Clament *Greges* nostri [Si amatis, Pascite. Clamat Sponsa Christi [Si amatis, Pascite. Clamat Æternus Deus, Christusque ejus [Si amatis Fratres vestros, si nomen meum, animas vestras, Pascite. Nollite tantæ Gregis, & Matris, & Patris, & Salvatoris voluntati deesse : Sed omni fide, officio, misericordiâ addicti, ita Pascite, ita vivite, (Academici) ita agite, ut nullo vel malo vel modo coercendi mœroris gaudium vestrum : sed eò felicitatis olim aspiretis, laboribus parcendi, quæ nullis communibus temporibus sit interpellanda.

Atque hæc de Præcepto. Quæ in alteram partem medicata & dicenda habui non pauca, perpetuo portus Involvam silentio, quàm vobis molestiam ulteriùs crearem.

Faxit Deus, ut ita cum *Petro Pascamur*, *Patiamurque*, ut ita in nostra omnes incumbamus Officia, ut cum Cœlo Terras aliquando commutemus, & tanquam *stellæ* fulgeamus per Christum Jesum Dominum nostrum : Cui cum Patre benignissimo & Spiritu sanctissimo, Deo beatissimo sit omnis Honor & Gloria in Secula. *Amen.*

Errata.
In Tabula lege sine variantia
Pag. 1 l. 6. lege ansa inde &c.
ib. l. 13. lege & postliminio.

FINIS.